

Oxford University Press, Amen House, London E.C. 4
GLASGOW NEW YORK TORONTO MELBOURNE WELLINGTON
BOMBAY CALCUTTA MADRAS CAPE TOWN
Geoffrey Cumberlege, Publisher to the University

TITI LVCRETI CARI
DE RERVM NATVRA
LIBRI SEX

Edited with
Prolegomena, Critical Apparatus
Translation, and Commentary
by
CYRIL BAILEY
HON. FELLOW OF BALLIOL COLLEGE

VOLUME I
PROLEGOMENA, TEXT AND
CRITICAL APPARATUS
TRANSLATION

FIRST PUBLISHED 1947
Reprinted photographically in Great Britain
at the University Press, Oxford, 1950
from corrected sheets of the first edition

OXFORD
AT THE CLARENDON PRESS

SIGLA

- O = Codex Leidensis 30 (Oblongus)
 O¹ = corrector eiusdem aequalis
 O² = corrector eiusdem Saxonius
 O³ = correctores eiusdem recentiores
 Q = Codex Leidensis 94 (Quadratus)
 Q¹ = corrector eiusdem (saeculi xv)
 Q² = correctores eiusdem recentiores
 G = Schedae Gottorpenses
 G¹ = corrector earundem
 V = Schedae Vindobonenses (I)
 U = Schedae Vindobonenses (II)
 L = Codex Laurentianus xxxv. 30 (Niccolianus)
 L. 29, 31, etc. = Codices Laurentiani xxxv. 29, 31, etc.
 A = Codex Vaticanus 3276
 B = Codex Vaticanus Barberinus lat. 154
 Mon. = Codex Monacensis
 C = Codex Cantabrigiensis
 [P] = consensus codicum ABCCL. 31, Poggiani lectionem indicans
 Ital. = codices vel editores Itali saeculi XV vel XVI
] = lectio Leidenium in textu conservata.

Codices Leidensis tanquam textus fundamentum statui. In apparatu critico, si quando illi inter se differunt, utriusque lectionem plerunque memoravi. Correctorum emendationes, codicum aliorum lectiones, grammaticorum citationes, editorum coniecturas totiens notavi, quotiens aut ipse in textum recepi aut editores alii probaverunt. Codicum errata minora saepius praetermissi.

LIBER PRIMVS

CAPITVLA

- Ante 44. *TO MAKAPION KAI AΦΘAPTON*
 " 62. *LAVS INVENTORIS*
 " 84. *EXEMPLVM RELIGIONIS*
 " 107. *FINIS DOLORIS*
 " 112. *DE ANIMA*
 " 150. *NIHIL DE NIHILo GIGNI*
 " 215. *NIHIL AD NIHILVM INTERIRE*
 " 269. *CORPORA QVAE NON VIDEANTVR*
 " 277. *DE VENTO*
 " 298. *DE ODORE CALORE FRIGORE VOCE*
 " 305. *VESTES VVESCI ET ARESCI*
 " 311. *DE ANVLO IN DIGITO ET CETERIS*
 " 344. *DE INANI*
 " 370. *DE PISCIBVS IN AQVA*
 " 418. *CORPVs ET INANE ESSE NATVRAM RERV*
 " 430. *TERTIAM NATVRAM NVLLAM ESSE RERV*
 " 498. *SOLIDVM ESSE*
 " 551. *CONTRA ΕΙΣ ΑΠΕΙΡΟΝ THN TOMHN*
 " 565. *DE MOLLI NATVRA AQVA AERE ET CETERIS*
 " 635. *CONTRA HERACLITVM*
 " 705. *NEQVE IGNEM NEQVE AERA NEQVE VMOREM PRINCIPIA ESSE*
 " 716. *CONTRA EMPEDOCLEN*
 " 830. *CONTRA ANAXAGORAN*
 " 951. *TO ΠΑΝ ΑΠΕΙΡΟΝ TO ΓΑΡ ΠΕΠΕΡΑΣΜΕΝΟΝ AKPON EXEI*
 " 1051. *ΕΙΣ TO ΜΕΣΟΝ H ΦΟΡΑ*

Capitula. Desunt indices in initio libri. In textu titulos habet rubris litteris inscriptos
 O; spat. reliet. om. Q

- 44 *TOMA CARION CAEAPITRATON* O 150 *DE NIHIL [P] DE NIHIL* O
 551 *ISAPIRONTENTOMEN* O 565 *tanquam carminis versum atramento scriptum*
exhibit Q 705 *tanquam versum atramento scriptum exhibent OQ, 'capitulum'*
adscit in margine O 951 *TOPANAPIRONT GARPEPIRASMENONACROE* O
 1051 *ISTOMESON EPHORA* O

LIBER PRIMVS

AENEADVM genetrix, hominum divumque voluptas,
 alma Venus, caeli subter labentia signa
 quae mare nrigerum, quae terras frugiferentis
 concelebras, per te quoniam genus omne animantum
 concipitur visitque exortum lumina solis:
5
 te, dea, te fugiunt venti, te nubila caeli
 adventumque tuum, tibi suavis daedala tellus
 summittit flores, tibi rident aequora ponti
 placatumque nitet diffuso lumine caelum.
10
 nam simul ac species patefactast verna diei
 et reserata viget genitabilis aura favoni,
 aeriae primum volucres te, diva, tuumque
 significant initum percultae corda tua vi.
[15]
 inde ferae pecudes persulant pabula laeta
 et rapidos tranant amnis: ita capta lepore
15 [14]
 te sequitur cupide quo quamque inducere pergis.
 denique per maria ac montis fluviosque rapacis
 frondiferasque domos avium camposque virentis
 omnibus incutiens blandum per pectora amorem
 efficis ut cupide generatim saecla propagent.
20
 quae quoniam rerum naturam sola gubernas
 nec sine te quicquam dias in luminis oras
 exoritur neque fit laetum neque amabile quicquam,
 te sociam studeo scribendis versibus esse
25
 quos ego de rerum natura pangere conor
 Memmiadae nostro, quem tu, dea, tempore in omni
 omnibus ornatum voluisti excellere rebus.
 quo magis aeternum da dictis, diva, leporem.
 effice ut interea fera moenera militiae
30
 per maria ac terras omnis sopita quiescant.
 nam tu sola potes tranquilla pace iuvare
 mortalis, quoniam belli fera moenera Mavors
 armipotens regit, in gremium qui saepe tuum se
 reicit aeterno devictus vulnere amoris,
 atque ita suspiciens tereti cervice reposta
35

5 lumina L: lumine OQG 13 initum O: initium Q 14, 15 hunc ver-
 suum ordinem habet L 13 initum O: initium Q 14, 15 hunc ver-
 [P] 14 ferae] fere Wakefield 16 quamque] cumque
 pergis O¹ [P]: tergis OQG 24 studeo Q: studio O 16 quamque] cumque
 O¹Q¹: oralatum OQG 29 militai O¹Q¹G: militia OQ 27 ornatum
 Lambinus: fera monera QG: fera munera Q¹: feram onera O
 regium OQG qui O¹: que OQ 34 reicit QG: reficit O 32 fera moenera
 teriti OQG 33 regit [P]:
35 tereti L:

pascit amore avidos inhians in te, dea, visus,
eque tuo pendet resupini spiritus ore.
hunc tu, diva, tuo recubantem corpore sancto
circumfusa super, suavis ex ore loquellas
funde petens placidam Romanis, incluta, pacem.
nam neque nos agere hoc patriai tempore iniquo
possumus aequo animo nec Memmi clara propago
talibus in rebus communi desse saluti.

40

omnis enim per se divum natura necesset
immortali aevo summa cum pace fruatur
semota ab nostris rebus seiunctaque longe.
nam privata dolore omni, privata periclis,
ipsa suis pollens opibus, nil indiga nostri,
nec bene promeritis capitur neque tangitur ira.

45

*
quod superest, vacuas auris *(animumque sagacem)*
semotum a curis adhibe veram ad rationem,
ne mea dona tibi studio disposta fidi,
intellecta prius quam sint, contempta relinquas.
nam tibi de summa caeli ratione deumque
disserrere incipiam et rerum primordia pandam,
unde omnis natura creet res auctet alatque
quove eadem rursum natura perempta resolvat,
quae nos materiem et genitalia corpora rebus
reddunda in ratione vocare et semina rerum
appellare suēmus et haec eadem usurpare
corpora prima, quod ex illis sunt omnia primis.

50

Humana ante oculos foede cum vita iaceret
in terris oppressa gravi sub religione
quae caput a caeli regionibus ostendebat
horribili super aspectu mortalibus instans,
primum Graius homo mortalis tollere contra
est oculos ausus primusque obsistere contra,
quem neque fama deum nec fulmina nec minitanti
murmure compressit caelum, sed eo magis acrem
irritat animi virtutem, effringere ut arta
naturae primus portarum claustra cupiret.
ergo vivida vis animi pervicit, et extra
processit longe flammantia moenia mundi

55

60

65

70

43 desse L: deesse O^t: id esse OQG 44-9 = ii. 646-51 *scil. Marullus,*
restituit auctore Bignone (Riv. Fil. 47, 423) Diels 44 omnis Q: omnes O
46 semota Q: semotaque O ante 50 lacunam statuit Lachmann 50
vacuas auris animumque sagacem *schol. Veron. ad Verg. Georg. iii. 3:* ut vacuas
auris OQG; alii alia 58 rebus] rerum Bernays 66 tollere] tendere Nonius
68 fama] fana Bentley 70 effringere ABL: confringere OQ: frangere O^t
71 cupiret O^t: cuperet OQG

LVCRETI DE RERVM NATVRA

atque omne immensum peragrat vit mente animoque,
unde refert nobis victor quid possit oriri,
quid nequeat, finita potestas denique cuique
quanam sit ratione atque alte terminus haerens.
quare religio pedibus subiecta vicissim
obteritur, nos exaequat victoria caelo.

Illud in his rebus vereor, ne forte rearis
impia te rationis inire elementa viamque
indugredi sceleris. quod contra saepius illa
religio peperit scelerosa atque impia facta.
Aulide quo pacto Triviai virginis aram

Iphianassai turparunt sanguine foede
ductores Danaum delecti, prima virorum.
cui simul infula virgineos circumdata comptus
ex utraque pari malarum parte profusast,

et maestum simul ante aras adstare parentem
sensit et hunc propter ferrum celare ministros
aspectuque suo lacrimas effundere civis,
muta metu terram genibus sumissa petebat.

nec miserae prodesse in tali tempore quibat
quod patrio princeps donarat nomine regem.
nam sublata virum manibus tremibundaque ad aras
deductast, non ut sollemni more sacerorum
perfecto posset claro comitari Hymenaeo,
sed casta inceste nubendi tempore in ipso

hostia concideret mactatu maesta parentis,
exitus ut classi felix faustusque daretur.

tantum religio potuit suadere malorum.

Tutem a nobis iam quovis tempore vatum
terrido quis victus dictis desciscere quaeres.

quippe etenim quam multa tibi iam fingere possunt
omnia quae vitae rationes vertere possint
fortunasque tuas omnis turbare timore!

et merito. nam si certam finem esse viderent
aerumnarum homines, aliqua ratione valerent
religionibus atque minis obsistere vatum.

nunc ratio nulla est restandi, nulla facultas,
aeternas quoniam poenas in morte timendum.
ignoratur enim quae sit natura animai,
nata sit an contra nascentibus insinuetur.

74 omne Oⁱ: omnem OQG
O: ac QG

84 Triviai Priscianus: trivie at O: triviat QG: trivial ad Oⁱ
85 Iphianassai Oⁱ: Iphianassa OQ

QGOⁱ: classis O

102 quouuis Oⁱ: quodus OQG

possunt Marullus: possum OQ

111 timendum] timendum] Orelli

77 quanam Oⁱ: quantum OQ

84 Triviai Priscianus: trivie at O: triviat QG: trivial ad Oⁱ

95 aras O: aram QG

100 classi

104 iam O: me QG

111 timendum] timendum] Orelli

75

80

85

90

95

100

105

110

et simul intereat nobiscum morte dirempta
 an tenebras Orci visat vastasque lacunas
 an pecudes alias divinitus insinuet se,
 Ennius ut noster cecinit qui primus amoeno
 detulit ex Helicone perenni fronde coronam,
 per gentis Italas hominum quae clara clueret ;
 et si praeterea tamen esse Acherusia templa
 Ennius aeternis exponit versibus edens,
 quo neque permaneant animae neque corpora nostra,
 sed quaedam simulacra modis pallentia miris ;
 unde sibi exortam semper florentis Homeri
 commemorat speciem lacrimas effundere salsas
 coepisse et rerum naturam expandere dictis.
 quapropter bene cum superis de rebus habenda
 nobis est ratio, solis lunaeque meatus
 qua fiant ratione, et qua vi quaeque gerantur
 in terris, tunc cum primis ratione sagaci
 unde anima atque animi constet natura videndum,
 et quae res nobis vigilantibus obvia mentis
 terrificet morbo affectis somnoque sepultis,
 cernere uti videamus eos audiique coram,
 morte obita quorum tellus amplectitur ossa.

Nec me animi fallit Graiorum obscura reperta
 difficile inlustrare Latinis versibus esse,
 multa novis verbis praesertim cum sit agendum
 propter egestatem linguae et rerum novitatem ;
 sed tua me virtus tamen et sperata voluptas
 suavis amicitiae quemvis efferre laborem
 suadet et inducit noctes vigilare serenas
 quaerentem dictis quibus et quo carmine demum
 clara tuae possim praepandere lumina menti,
 res quibus occultas penitus convisere possim.

Hunc igitur terrorem animi tenebrasque necessest
 non radii solis neque lucida tela diei
 discutiant, sed naturae species ratioque.
 principium cuius hinc nobis exordia sunet,
 nullam rem e nilo gigni divinitus umquam.
 quippe ita formido mortalis continet omnis,
 quod multa in terris fieri caeloque tuentur
 quorum operum causas nulla ratione videre
 possunt ac fieri divino numine rentur.

114 dirempta] perempta *Grecch.* 121 edens] idem *Lachmann* 122
 permaneant] permanent *Politianus*; perveniant *Marullus* 126 coepisse et
 Q¹: coepisset *OQG* 130 tunc] tum l 32 138 uerbis O¹Q: versibus O: om. G
 141 efferre] sufferre *Ital.* 147 radii O: radiis *QG*

LVCRETI DE RERVM NATVRA

quas ob res ubi viderimus nil posse creari de nilo, tum quod sequimur iam rectius inde perspiciemus, et unde queat res quaeque creari et quo quaeque modo fiant opera sine divum.	155 [156] [157] [158] [155]
Nam si de nilo fierent, ex omnibus rebus omne genus nasci posset, nil semine egeret. e mare primum homines, e terra posset oriri squamigerum genus et volucres erumpere caelo ; armenta atque aliae pecudes, genus omne ferarum, incerto partu culta ac deserta tenerent. nec fructus idem arboribus constare solerent, sed mutarentur, ferre omnes omnia possent. quippe ubi non essent genitalia corpora cuique, qui posset mater rebus consistere certa ?	160 165
— at nunc seminibus quia certis quaeque creantur, inde enascitur atque oras in luminis exit materies ubi inest cuiusque et corpora prima ; atque hac re nequeunt ex omnibus omnia gigni, quod certis in rebus inest secreta facultas. praeterea cur vere rosam, frumenta calore, vitis autumno fundi suadente videmus, si non, certa suo quia tempore semina rerum cum confluxerunt, patefit quodcumque creatur, dum tempestates adsunt et vivida tellus tuto res teneras effert in luminis oras ?	170 175
quod si de nilo fierent, subito exorerentur incerto spatio atque alienis partibus anni, quippe ubi nulla forent primordia quae genitali concilio possent arceri tempore iniquo. nec porro augendis rebus spatio foret usus seminis ad coitum, si e nilo crescere possent. nam fierent iuvenes subito ex infantib[us] parvis e terraque exorta repente arbusta salirent. quorum nil fieri manifestum est, omnia quando paulatim crescunt, ut par est semine certo, crescentesque genus servant ; ut noscere possis	180 185 190

155-8 hunc versuum ordinem restituit Marullus 157 et Marullus : ut
OQG 160 nil Ital. : nihil O: ni nil Q: ninihil G 161 posset Q: possit O
165 idem] isdem Woltjer 168 certa Oⁱ: derta O: consisteret ertia Q 170
enascitur O: nascitur Q 174 praeterea O: propterea QG 175 vita]
uvias Ponianus 176 quia I 3r: qui OQG 177 creatur Oⁱ:
orcatu O: ora cantu QG 189 sic interpusxit Giussani 190 crescen-
tesque (sc. res ad rebus 184 relatum) OQ: crescendoque Marullus: crescere
resque Lachmann: crescunt atque Nencini: lacunam ante hunc versum
indicavit Munro in ed. min., postea inter verba est et semine (189): alii
alia

LIBER QVINTVS

CAPITVLA

Ante

1. PLVS HOMINIBVS PROFVISSE
QVI SAPIENTIAM INVENER-
IT QVAM CEREREM LIBER-
VM HERCVLEM
59. ANIMAM NATIVAM ESSE
64. DE MVNDO
76. DE SOLIS ET LVNAE CVRSV
91. MARE CAELVM TERRAM IN-
TERITVRA
132. ANIMAM ET ANIMVM NON
POSSE ESSE SINE CORPORE
146. MVNDVM NON ESSE AB DIS
CONSTITVTVM
200. DIVISIO TERRAE VEL VITIVM
240. CVI PARS NATIVA EST TOTVM
NATIVVM ESSE
251. DE TERRA
261. DE AQVA
273. DE AERE SIVE ANIMA
281. DE IGNI ET SOLE
294. DE LAMPADE ET LVCERNA
306. DE AEDIFICIIS QVEMADMO-
DVM INTEREANT
324. QVARE NATA OMNIA DICAT
351. QVARE AETERNITAS ESSE
POSSIT
376. ET NATIVA ESSE
397. DE PHAETONTE SOLIS FILIO
419. ORIGO MVNDI ET OMNIVM
471. DE SOLIS ET LVNAE MAGNI-
TVDINE

Ante

564. DE SOLIS MAGNITUDINE
575. DE LVNA
590. DE CALORE SOLIS
621. DEMOCRITI DE SOLE
629. DE LVNAE CVRSV
663. EX IDA VISIO SOLIS
680. DE DIE LONGO ET BREVI
NOCTE
705. DE LVNAE LVMINE
737. DE ANNI TEMPORIBVS
751. DE ECLIPSI
774. DE SOLIS ET LVNAE OFFEC-
TIONE
780. DE NOVITATE MVNDI ET
DISPOSITIONE RERVM QVAE
IN EO SVNT
878. DE CENTAVRIS
892. DE SCYLLA
901. DE CHIMERA
916. NON POTVISSE CHIMERAM
ET SCYLLAM ET SIMILIA
EORVM GIGNI
1161. QVOMODO HOMINIBVS INNA-
TA SIT DEORVM OPINIO
1241. QVEMADMODVM AVRVM AR-
GENTVM PLVMBVM REPER-
TVM SIT
1281. QVEMADMODVM FERRVM IN-
VENTVM SIT.

<i>Capitula. In textu omnia spat. relict. om. Q. Indices mire inter se confusos habent titulos, quia (ut perspexit Martin) archetypi librarius capitula posteriora inter versus vel in margine scripsereat. 1 (om. O)</i>	<i>64 (MVNDVM ET NATVM ET MORTALEM ESSE O)</i>
<i>91 TERRA O, item in textu DIS CON O: completum in textu CVI O: CVR Q (QVO O) (NATI O: NATIVA O')</i>	<i>132 (ESSE post CORPORE O) 200 om. in indicibus QQ 324 DICTA O QVA RATIONE OMNIA DICANT Q (CUM SIT (SINT Ital.) MORTALIA add. O) 376 (NASCVNTVR add. O)</i>
<i>680, 663 ordine inverso QQ: corr. O in textu O) 780 (RERVM ante MVNDI O) 892 SCVLLA O O': PERTVM O</i>	<i>146 AB INITIVM Ital. 240 471 575 (om. O) 680 (NOCTE BREVI O) 751 (om. 892, 901, 916, 1161 (om. spat. relict. O) 916 POSSE Q 1241 REPERTVM</i>
<i>901 CHIMEERA OQ</i>	

LVCRETI DE RERVM NATVRA

tempore eodem aliud nequeat succurrere lunae
corpus vel supra solis perlabier orbem,
quod radios interruptat lumenque profusum?
et tamen ipsa suo si fulget luna nitore,
cur nequeat certa mundi languescere parte,
dum loca luminibus propriis inimica per exit?
[menstrua dum rigidas coni perlabitur umbras]

765

Quod superest, quoniam magni per caerulea mundi
qua fieri quicquid posset ratione resolvi,
solis uti varios cursus lunaeque meatus
noscere possemus quae vis et causa cieret,
quove modo *(possent)* effecto lumine obire
et neque opinantis tenebris obducere terras,
cum quasi conivent et aperto lumine rursum
omnia convisunt clara loca candida luce,
nunc redeo ad mundi novitatem et mollia terrae
arva, novo fetu quid primum in luminis oras
tollere et incertis crerint committere ventis.

775

Principio genus herbarum viridemque nitorem
terra dedit circum collis camposque per omnis,
florida fulserunt viridanti prata colore,
arboribusque datumst variis exinde per auras
crescendi magnum immissis certamen habenis.
ut pluma atque pili primum saetaeque creantur
quadrupedum membris et corpore pennipotentum,
sic nova tum tellus herbas virgultaque primum
sustulit, inde loci mortalia saecla creavit
multa modis multis varia ratione coorta.
nam neque de caelo cecidisse animalia possunt
nec terrestria de salsis exisse lacunis.
linquitur ut merito maternum nomen adepta
terra sit, e terra quoniam sunt cuncta creata.
multaque nunc etiam existunt animalia terris
imbribus et calido solis concreta vapore;
quo minus est mirum si tum sunt plura coorta
et maiora, nova tellure atque aethere adulta.
principio genus alituum variaeque volucres
ova relinquebant exclusae tempore verno,
folliculos ut nunc teretes aestate cicadae
linquunt sponte sua victim vitamque petentes.

780

785

790

795

800

768 fulget] fulgit *Lambinus*
add. ed. *Brixiensis*, soleant l 31
tolleret *Pontanus*: tolleret *OQ*
animalia *Brieger*
inclusit Giussani

771 = 764 sed. *Lambinus*
778 coniuent *Q*: conibent *OQ*
crient *Orelli*: credunt *OQ*
800 maiora *Pontanus*: maiore *OQ*

776 possent
782 mortalia]
791 *mortalia*
801-5 *uncinis*

tum tibi terra dedit primum mortalia saecla.
 multus enim calor atque umor superabat in arvis.
 hoc ubi quaeque loci regio opportuna dabatur,
 crescebant uteri terram radicibus apti;
 quos ubi tempore maturo patefecerat aetas
 infantum fugiens umorem aurasque petessens,
 convertebat ibi natura foramina terrae
 et sucum venis cogebat fundere apertis
 consimilem lactis, sicut nunc femina quaeque
 cum peperit, dulci repletur lacte, quod omnis
 impetus in mammas convertitur ille alimenti.
 terra cibum pueris, vestem vapor, herba cubile
 praebebat multa et molli lanugine abundans.
 at novitas mundi nec frigora dura ciebat
 nec nimios aestus nec magnis viribus auras.
 omnia enim pariter crescunt et robora sumunt.

805

Quare etiam atque etiam maternum nomen adepta
 terra tenet merito, quoniam genus ipsa creavit
 humanum atque animal prope certo tempore fudit
 omne quod in magnis bacchatur montibu' passim,
 aeriasque simul volucris variantibu' formis.
 sed quia finem aliquam pariendi debet habere,
 destitit, ut mulier spatio defessa vetusto.
 mutat enim mundi naturam totius aetas
 ex alioque aliis status excipere omnia debet,
 nec manet ulla sui similis res: omnia migrant,
 omnia commutat natura et vertere cogit.
 namque aliud putrescit et aevo debile languet,
 porro aliud succrescit et *(e)* contemptibus exit.
 sic igitur mundi naturam totius aetas
 mutat et ex alio terram status excipit alter,
 quod tulit ut nequeat, possit quod non tulit ante.

825

Multaque tum tellus etiam portenta creare
 conatast mira facie membrisque coorta,
 androgynem, interutrasque nec utrum, utrimque remotum,
 orba pedum partim, manuum viduata vicissim,

830

805 post 796 collocavit Polle primum] passim Lachmann *809 aetas*
Marullus: aestas OQ: aestus Lachmann: auctus Merrill *812 et l 31: ut OQ*
823 animal Marullus: anima OQ: animas Oⁱ: animans Wakefield *824 magnis*
l 31: magni OQ *825 aeriasque Marullus: aeriaeque OQ* *833 succrescit*
Lachmann (in commentario): crescit OQ: clarescit Lachmann: succedit (ex 1278)
Merrill e add. Marullus *836 tulit ut Bentley: potuit OQ: pote uti*
Lachmann: qui^{it} ut Ernout nequeat] nequit, ut Munro *838 facie l 31:*
facit OQ *839 androgynem] androgynum Lachmann* *interutraque (in-*
terutrasque Munro) nec utrum, utrimque Lachmann: inter utras nec utramque
(ut utrumque O) OQ: interutras nec utrumque, utrimque Diels

LIBER SEXTUS
CAPITVLA

- Ante 50. QVI PROCVRATIONEM DIS ATTRIBVIT MVNDI, SIBI IPSVM DE
DIS IMMORTALIBVS SOLlicitUDINES CONSTITVERE.
" 96. DE TONITRV
" 160. DE FVLGVRE
" 204. IN NVBIBVS SEMINA IGNIS INESSE
" 219. DE FVLMINE
" 225. IGNIS EX FVLMINE NATVRA
" 246. FVLMINA IN CRASSIORIBVS NVBIBVS ET ALTE GIGNI
" 285. DE TONITRIBVS ET TERRAE MOTV
" 357. AVTVMNO MAGIS FVLMINA ET TONITRVA FIERI
" 451. DE NVBIBVS
" 493. SPIRACVLA MVNDI
" 495. DE IMBRIBVS
" 526. DE ARQVO
" 535. DE TERRAE MOTV
" 608. QVARE MARE MAIVS NON FIAT
" 639. DE AETNA
" 712. DE NILO FLVVIO
" 738. DE LACV AVERN I
" 749. CORNICES ATHENIS AD AEDEM MINERVAE NON ESSE
" 756. IN SYRIA QVADRIPEDES
" 840. CVR AQVA IN PVTEIS FRIGIDIOR SIT AESTATE
" 848. DE FONTE AD HAMMONIS
" 879. IN AQVA TAEDAM ARDERE
" 888. DE FONTE ARADI IN MARE
" 906. DE LAPIDE MAGNETE
" 921. FLVERE AB OMNIBVS REBV S
" 936. RARAS RES OMNIS ESSE
" 1090. PESTILENTIA VNDE CREATVR
" 1138. DE PESTILENTIA ATHENIENSIVM

*Capitula. Titulus confuso ordine in indicibus habent OQ, quos in fine libri V tribus
columnis angustis coactum excrispsisse archetypi librarium monstravit Lachmann. In
textu omnes om. Q sed spacio relict. 50 (om. O nullo spacio relict.) 160 FVLGORE Q
204 EMINET O; SEMINET Q IGNES OQ (IGNITA O) 225 (ET O) (FULMINIS O)
526 (ARQ O; ARCI O¹) 608 FIT O 749 CORNICIS OQ AD om. OQ 756
QVADRVPEDIS OQ 840 (AESTATE FRIGIDIO SIT O) 848 AMMONIS O
879 (AQVAM . . . ARDORE O) 888 (ARIDI O) 906 (om. sine spacio O)
921 (AB om. O) 936 (om. sine spacio O) 1138 tanquam titulum versus i habet
O; om. Q.*

LVCRETI DE RERVM NATVRA

quae memorare queam inter se singlariter apta.
 saxa vides primum sola colescere calce.
 glutine materies taurino iungitur una,
 ut vitio venae tabularum saepius hiscant
 quam laxare queant compages taurea vincla. 1070
 vitigeni latices aquai fontibus audent
 misceri, cum pix nequeat gravis et leve olivum.
 purpureusque colos conchyli iungitur una
 corpore cum lanae, dirimi qui non queat usquam,
 non si Neptuni fluctu renovare operam des, 1075
 non, mare si totum velit eluere omnibus undis.
 denique non auro res aurum copulat una
 aerique *(aes)* plumbo fit uti iungatur ab albo?
 cetera iam quam multa licet reperire? quid ergo?
 nec tibi tam longis opus est ambagibus usquam,
 nec me tam multam hic operam consumere par est,
 sed breviter paucis praestat comprehendere multa.
 quorum ita texturae ceciderunt mutua contra,
 ut cava convenient plenis haec illius illa 1085
 huiusque inter se, iunctura haec optima constat.
 est etiam, quasi ut anellis hamisque plicata
 inter se quaedam possint coplata teneri;
 quod magis in lapide hoc fieri ferroque videtur.

Nunc ratio quae sit morbis aut unde repente 1090
 mortiferam possit cladem conflare coorta
 morbida vis hominum generi pecudumque catervis,
 expediam. primum multarum semina rerum
 esse supra docui quae sint vitalia nobis,
 et contra quae sint morbo mortique necessest 1095
 multa volare. ea cum casu sunt forte coorta
 et perturbarunt caelum, fit morbidus aer.
 atque ea vis omnis morborum pestilasque
 aut extrinsecus ut nubes nebulaeque superne
 per caelum veniunt, aut ipsa saepe coorta 1100
 de terra surgunt, ubi putorem umida nactast
 intempestivis pluviisque et solibus icta.
 nonne vides etiam caeli novitate et aquarum

1067 singulariter apta *l 3r*: singulariter aptam *OQU*: singillariter (*om. sc*) apta
Lachmann: sese uniter apta *Müller* 1068 vides *Pontanus*: uide *OQU*
 colescere *Lachmann*: coalescere *OQU*: coalescere *L* 1069, 1074 una] uno
Lachmann 1074 colos *Q*: cholos *O* 1076 fluctu *l 3r*: fluctus *OQU 1077
 eluere *Q¹*: eluere *QU*: eliuere *O* 1078 non auro res *Faber*: res auro *O*: non
 res auro *Q* 1079 aerique aes *Lambinus*: aeraque *OQ* 1083 praestat *Q*:
 restat *O* 1088 coplata] copulata *O¹Q¹* 1089 fieri *l 3r*: ferri *OQU 1091
 cladem *Q¹*: gradem *O*: cradem *QU* 1099 extrinsecus *QU*: intrinsecus *O*
1100 coorta] coortae *Lachmann***

LVCRETI DE RERVM NATVRA

temptari procul a patria quicumque domoque
adveniunt ideo quia longe discrepant res? 1105
nam quid Brittannis caelum differre putamus,
et quod in Aegypto est qua mundi claudicat axis,
quidve quod in Ponto est differre, et Gadibus atque
usque ad nigra virum percocto saecla colore?
quae cum quattuor inter se diversa videmus 1110
quattuor a ventis et caeli partibus esse,
tum color et facies hominum distare videntur
largiter et morbi generatim saecla tenere.
est elephas morbus qui propter flumina Nili
gignitur Aegypto in media neque praeterea usquam. 1115
Atthide temptantur gressus oculique in Achaeis
finibus. inde aliis alias locus est inimicus
partibus ac membris: varius concinnat id aer.
proinde ubi se caelum, quod nobis forte alienum,
commovet atque aer inimicus serpere coepit, 1120
ut nebula ac nubes paulatim repit et omne
qua graditur conturbat et immutare coactat;
fit quoque ut, in nostrum cum venit denique caelum,
corrumpat reddatque sui simile atque alienum.
haec igitur subito clades nova pestilasque 1125
aut in aquas cadit aut fruges persidit in ipsas
aut alios hominum pastus pecudumque cibatus,
aut etiam suspensa manet vis aere in ipso
et, cum spirantes mixtas hinc ducimus auras,
illa quoque in corpus pariter sorbere necessest. 1130
consimili ratione venit bubus quoque saepe
pestilas et iam pigris balantibus aegror.
nec refert utrum nos in loca deveniamus
nobis adversa et caeli mutemus amictum,
an caelum nobis ultro natura corruptum 1135
deferat aut aliquid quo non consuevimus uti,
quod nos adventu possit temptare recenti.

Haec ratio quondam morborum et mortifer aestus
finibus in Cecropis funestos reddidit agros
vastavitque vias, exhausit civibus urbem. 1140

1106 Brittannis O: Brittanicis Q: Brittanni Munro	1109 colore l 31:
calore OQU	Aegypto l 31: Aegypta O: egypta Q
O: alienum OQU	1119 alienum
graditus OQU	1121 ut Pontianus: ue OQU
reddatque l 31: reddetque OQU	1122 graditur l 31:
balan-	1124
tibus l 31: calantibus OQU	1132 ian pigris] lanigeris Vossius
1135 ultro Avancius: ultro OQ	corruptum
l 31: corruptum OQ: coortum Lachmann: alienum Bentley	1138 mortifer
aestus Macrobius: mortiferae OQ: mortiferae C: morti' ferai Lachmann	1139
cecropis l 31: cecropit OQ: cecropiis O: finibu' Cecropiis Lambinus	

LVCRETI DE RERVM NATVRA

nām penitus veniens Aegypti finibus ortus,
aera permensus multum camposque natantis,
incubuit tandem populo Pandionis omni.
inde catervatim morbo mortique dabantur.
principio caput incensum fervore gerebant
et duplicitis oculos suffusa luce rubentis. 1145
sudabant etiam fauces intrinsecus atrae
sanguine et ulceribus vocis via saepa coibat
atque animi interpres manabat lingua crux
debilitata malis, motu gravis, aspera tactu. 1150
inde ubi per fauces pectus complerat et ipsum
morbida vis in cor maestum confluxerat aegris,
omnia tum vero vitai claustra lababant.
spiritus ore foras taetrum volvebat odorem,
rancida quo perolent projecta cadavera ritu. 1155
atque animi prorsum vires totius <et> omne
languebat corpus leti iam limine in ipso.
intolerabilibusque malis erat anxius angor
assidue comes et gemitu commixta querella.
singultusque frequens noctem per saepe diemque 1160
corripere assidue nervos et membra coactans
dissoluebat eos, defessos ante, fatigans.
nec nimio cuiquam posses ardore tueri
corporis in summo summam fervescere partem,
sed potius tepidum manibus proponere tactum 1165
et simul ulceribus quasi inustis omne rubere
corpus, ut est per membra sacer dum diditur ignis.
intima pars hominum vero flagrabat ad ossa,
flagrabat stomacho flamma ut fornacibus intus.
nil adeo posses cuiquam leve tenveque membris 1170
vertere in utilitatem, at ventum et frigora semper.
in fluvios partim gelidos ardentia morbo
membra dabant nudum iacentes corpus in undas.
multi praecipites lymphis putealibus alte 1178
inciderunt ipso venientes ore patente: 1175 [1174]
insedabiliter sitis arida, corpora mersans, 1175

1141 ueniens Q¹; uenies OQ finibus ortus] finibu' mosbus Lachmann
 1143 omni Marullus: omnem O: omne Q 1147 atrae] atro l 31 1148
 ulceribus O¹: uiceribus O: uisceribus Q cohibat Macrobius; colbet OQU
 1150 malis O: magis Q tactu O¹: tacta OQU 1153 tum l 31: tumtum
 OU: tutum Q 1156 et add. l 31, tum post prorsum Wakefield 1165
 potius Marullus: iotius O: totius Q 1166 ulceribus O¹: ulceribus OQ Inustis
 O¹: in ustis O: nustis QU 1167 dum] cum O¹ 1170 posses cuiquam] posset
 quicquam Lambinus 1171 vertere in Lambinus: uerteret OQU at Lachmann:
 ad OQ frigora l 31: frigore OQU 1174 [1178] huc transposuit Naugierius
 lymphis l 31: nymphis O: nymphis QU 1176 mersans O: intrans Q: messans U

LVCRETI DE RERVM NATVRA

aequabat multum parvis umoribus imbrem. [1176]
 nec requies erat ulla mali: defessa iacebant
 corpora. mussabat tacito medicina timore,
 quippe patentia cum totiens ardentia morbis
 lumina versarent oculorum expertia somno. 1180
 multaque praeterea mortis tum signa dabantur,
 perturbata animi mens in maerore metuque,
 triste supercilium, furiosus vultus et acer,
 sollicitae porro plenaeque sonoribus aures, 1185
 creber spiritus aut ingens raroque coortus,
 sudorisque madens per collum splendidus umor,
 tenvia sputa minuta, croci contacta colore
 salsaque, per fauces rauca vix edita tussi.
 in manibus vero nervi trahere et tremere artus 1190
 a pedibusque minutatim succedere frigus
 non dubitabat. item ad supremum denique tempus
 compressae nares, nasi primoris acumen
 tenve, cavati oculi, cava tempora, frigida pellis
 duraque, in ore iacens rictum, frons tenta tumebat. 1195
 nec nimio rigida post artus morte iacebant.
 octavoque fere candenti lumine solis
 aut etiam nona reddebat lampade vitam.
 quorum si quis, ut est, vitarat funera leti,
 ulceribus taetris et nigra proluvie alvi 1200
 posterius tamen hunc tabes letumque manebat,
 aut etiam multus capit is cum saepe dolore
 corruptus sanguis expletis naribus ibat:
 huc hominis totae vires corpusque fluebat.
 profluviu m porro qui taetri sanguinis acre 1205
 exierat, tamen in nervos huic morbus et artus
 ibat et in partis genitalis corporis ipsas.
 et graviter partim metuentes limina leti
 vivebant ferro privati parte virili,
 et manibus sine nonnulli pedibusque manebant 1210
 in vita tamen, et perdebant lumina partim:
 usque adeo mortis metus his incesserat acer.

1178 mali *Macrobius*: mari *OQU* 1180 patentia *Q*: patientia *O* ardentia
 morbis] ac nuntia mortis *Lachmann*: prænuntia mortis *Housman* 1186
 spiritus *Macrobius*: spiritum *OQU* 1187 humor *Macrobius*: umum *OQU*
 1189 rauca] raucas *Macrobius* tussi *Marullus*: tusse *OQU*: tussis *Macrobius*
 1195 in ore iacens *Nonius*: inhoretiacet *O*: inoretiacet *Q*: inhorrescens *Rutgers*: in
 ore trucei *Munro* rictum *Lambinus*: rectum *OQU*: rictu *Nonius* tume-
 bat *Heinsius*: mebat *OQ*: meabat *O¹*: manebat *Nonius*: minebat *Lambinus*
 1196 rigida] rigidi *Lachmann* 1199 ut est] vix *Lachmann*: ibei *Munro*:
 iam *Merrill* 1204 huc] hac *Faber* 1205 qui *Lambinus*: cul *OQU*
 1212 his *Mon.*: iis *OQU* incesserat *Lambinus*: incusserat *O*: incuserat *QU*

LVCRETI DE RERVM NATVRA

atque etiam quosdam cepere oblivia rerum
cunctarum, neque se possent cognoscere ut ipsi.
multaque humi cum inhumata iacerent corpora supra
corporibus, tamen alitum genus atque ferarum
aut procul absiliebat, ut acrem exiret odorem,
aut, ubi gustarat, languebat morte propinqua.
nec tamen omnino temere illis solibus ulla
comparebat avis, nec tristia saecla ferarum
exibant silvis. languebant pleraque morbo
et moriebantur. cum primis fida canum vis
strata viis animam ponebat in omnibus aegre;
extorquebat enim vitam vis morbida membris.
incomitata rapi certabant funera vasta.
nec ratio remedii communis certa dabatur;
nam quod ali dederat vitalis aeris auras
volvere in ore licere et caeli templa tueri,
hoc aliis erat exitio letumque parabat.

Illud in his rebus miserandum magnopere unum
serumnabile erat, quod ubi se quisque videbat
implicitum morbo, morti damnatus ut esset,
deficiens animo maesto cum corde iacebat,
funera respectans animam amittebat ibidem.
quippe etenim nullo cessabant tempore apisci
ex aliis alios avidi contagia morbi,
lanigeras tamquam pecudes et bucura saecla.
idque vel in primis cumulabat funere funus.
nam quicumque suos fugitabant visere ad aegros,
vitai nimium cupidos mortisque timentis
poenibat paulo post turpi morte malaque,
desertos, opis expertis, incuria mactans.
qui fuerant autem praesto, contagibus ibant
atque labore, pudor quem tum cogebat obire
blandaque lassorum vox mixta voce querellae.
optimus hoc leti genus ergo quisque subibat.

*
inque aliis alium, populum sepelire suorum
certantes: lacrimis lassi luctuque redibant;

1217 exiret ed. *Brixiensis*: exciret *OQU*: exiret *Lachmann* 1220 nec
tristia *Macrobius*: nectia *O*: noctia *Q*: nec fortia *l 31*: nec noctibu' *Lambinus*
1221 exibant *QU*: exicbant *O* 1225 post 1246 transposuit *Lachmann* (qui cerne-
bant pro certabant scripsit): item edd. nonnulli, lacunam post versum indicantes
1227 ali] alis *Macrobius* 1228 tueri *O¹*: turi *OQ* 1234 umittebat
Q: imittebat *O* 1235 apisci *l 31*: apiscit *OQU* 1237 [1245] *huc*
transposuit *Bentley* 1239 visere *l 31*: ut saere *O*: ut sere *QU* 1241
poenibat *Turnebus*: poenibus et *O*: poenibus at *QU* 1246 * 1247 lacunam
indicavit *Munro*

LVCRETI DE RERVM NATVRA

inde bonam partem in lectum maeore dabantur.
nec poterat quisquam reperiri, quem neque morbus
nec mors nec luctus temptaret tempore tali.

1250

Praeterea iam pastor et armentarius omnis
et robustus item curvi moderator aratri
languebat, penitusque casa contrusa iacebant
corpora paupertate et morbo dedita morti.
exanimis pueris super exanimata parentum
corpora nonnumquam posses retroque videre
matribus et patribus natos super edere vitam.
nec minimam partem ex agris is maeor in urbem
confluxit, languens quem contulit agricolarum
copia conveniens ex omni morbida parte.

1255

omnia complebant loca tectaque: quo magis aestu
confertos ita acervatim mors accumulabat.

multa siti prostrata viam per proque voluta
corpora silanos ad aquarum strata iacebant

1260

interclusa anima nimia ab dulcedine aquarum,
multaque per populi passim loca prompta viasque

1265

languida semanimo cum corpore membra videres
horrida paedore et pannis cooperta perire

corporis inluvie, pelli super ossibus una,
ulceribus taetris prope iam sordeque sepulta.

1270

omnia denique sancta deum delubra replerat
corporibus mors exanimis onerataque passum

cuncta cadaveribus caelestum tempia manebant.

hospitibus loca quae complerant aedituentes.

1275

nec iam religio divum nec numina magni
pendebantur enim praesens dolor exsuperabat.

nec mos ille sepulturae remanebat in urbe

quo prius hic populus semper consuerat humani:

perturbatus enim totus trepidabat, et unus

1280

quisque suum pro re (compostum) maestus humabat.

multaque (res) subita et paupertas horrida suscitavit.

namque suos consanguineos aliena rogorum

insuper exstructa ingenti clamore locabant

subdebantque faces, multo cum sanguine saepe

1285

rixantes potius quam corpora desererentur.

1249 in lectum *Marullus*: infectum *OQU* 1250 morbus / jui morbo *OQU*

1251 tali *O¹*: tale *OU*: telei *Q*: talei *Lachmann* 1259 in maeor *Munro*:
meroris *O*: maeoris *Q*: maeor is *Diels* 1260 languens) labes *Lachmann*

1261 morbida *O¹*: morbide *OQU* 1262 complebant *Lambinus*: condiebant
OQU aestu *Marullus*: aestus *O*: estus *Q*: astu *Lachmann*: artus *Merrill*

1264 prostrata] protracta *Lachmann* 1265 strata] structa *Wakefield*
iacebant *AB*: tacebant *OQU* 1270 pelli *Lachmann*: pellis *OQU* 1271

ulceribus *Lambinus*: ulceribus *OQU*: uiscenibus *O¹* sorde] sordi *Lambinus*

1274 manebant *C*: manebat *O*: manebit *QU*: tenebat *Lachmann* 1279

quo prius *QU*: huc prius *O* 1281 compostum add. *Lachmann*: alii alia

1282 res add. *C*: uis / *3x*: mors *Bernays* 1285 faces / *3x*: fauces *OQU*